

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

De onere banni, sev excommunicationis

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

gatisq; Ecclesijs, ac earum capitulis agitur. Item & per pra  
positos, reliquosq; in dignitate constitutos agitur idem, inte  
rim dum sua conferunt beneficia ecclesiastica.

PRÆTERERA, qui pinguiora, ita ut prædictum est  
habent beneficia, ac ecclesiæ parochiales, utcunq; annuas  
pensiones amplissimas ex locationis titulo, à cōductoribus  
percipient, quibus redditibus à laicis fundatoribus benefi  
cia hæc ampliter sunt dotata, tamē committunt locatores, ut  
domus beneficiariæ, præ neglecta ædificiorum cura, peni  
tus collabantur. Nihil enim aliud curant beneficiorum per  
sonati isti possessores, aut locatores, quā ut pecuniæ æquo  
maiores summam quottannis à conductoribus recipiant,  
ac eandē hinc in uarios, sed in dishonestos, illicitos, ac offen  
dicularum, peccatorumq; plenos usus conuertant: de salu  
te & cura animarum, uel subditorum, uel etiam eorū, quo  
rum ex marsupio uiuunt, hoc est fundatorū, prorsus apud  
hos nulla mencio, respectus (uel Megarensium olim) pla  
ne nullus. Eapropter Sa. Ro. Imperij Status, ac Principes &  
proceres laici, hic quoq; supplicant, Sanctitas Pontificia ue  
lit eam offendicularum syluam, turbatum rerum ordinem  
ac onera hæc iusto grauiora, tollere, emendareq;, ac archi  
episcopos, episcoposq;, ab obligatione, qua ex promissio  
nis prædictæ nexu tenentur, liberare, solutosq; reddere, ac  
ædicto cauere, ne post hac Archiepiscopi & Episcopi, tali  
bus adstringantur uinculis, sed ut de hinc nulli beneficium  
ecclesiasticum, curam habens animarū, conferatur, qui non  
sit doctrina, ætateq; & moribus ad hoc idoneus, qui & ho  
nestam, ac præsbytero dignam uiuat uitam, & qui ipse pro  
pria illud possideat persona, nec plura quidem, sed unum tā  
tum beneficium curatū, seu parochialē Ecclesiam, Christia  
ne, hoc est sine offendicularis ullis, sed multo, cum doctrinæ  
cum uitæ integratæ fructū administraret.

DE ONERE BANNI, SEV EXCOM  
municationis.

A ij ITEM

**I**TEM Romæ cæterisq; in locis p Archiepilcopolos ac Episcopos, aut certe eorum ecclesiasticos iudices, multi Christianorum obcaussas prophanas, ob pecuniæ deniq; ac turpis quaestus amorem excommunicantur, multorumq; sed eorum in fide infirmorum conscientiæ per hoc aggrauatur, & in desperatione pertrahuntur, ac deniq; ob pecuniæ, lucrue tantulum, aut alioqui res minimi præcij, ad internationē usq; animæ, corporis, honoris, atq; rei familiaris, contra diuina humanaq; iura, perducuntur. Quando nemo, nisi ob conuictum hæreseos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro secluso à Christiana catholicaq; ecclesia, sacris literis testantibus, reputandus est. Eapropter Sa. Ro. Impe. Principes, proceres ac Status laici rogant, ut Pontificia sanct; tanquam fidus Christianus, ac pius pater, uelit præfatum onus Banni, seu Excommunicationis, apud secundum Romanam penitus abolere, ac apud cæteros Archiepiscopos, Episcopos, & eorum iudices ecclesiasticos ablegare, tollere, & deniq; ita sancire, cauereq; ut nemo ullam ob caussam, quam manifestum accomiuictum hæreseos crimen, & quantum ad Sacrosanctam Christi fidem attineret, excommunicatiōis fulmine feriatur, aut pro secluso à Christiana ac catholica ecclesia, habeatur. Periniquū siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrue, aut deniq; ullam aliam humanarum constitutionum transgressionem, excepta hæresis perfidia, à deo opt. maximo, suaq; ecclesia catholica excludi, sciungi, separariq;.

**Q**VO PACTO MVLTI COHABITATORES oppidorum excommunicati, & ipsi utcunq; innocentes excommunicantur.

**I**TEM & illud in plerisq; saepius cule euenit, quod uicinorum excommunicati decem, & eo amplius, quo stamencauſsa nihil omnino contingit, cum ipso principali excommunicationis poena aggrauantur, & non ob aliud, quam ut officiales ecclesiastici iudices, facilius, citiusq; plibidine sua